



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 130. Illudebant ei, cædentes. v. 63.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

cunt & fluunt: quæque antea à peccatis abstinere non poterant, iam corde conuerso clamant. *Domine quid me vis facere?* certè amatum non fuit fletu Petrum amarè, quia videtur fleuisse amore.

§. 129. *Et viri qui tenebant illum.* v. 62.

Cur Christus Dominus solum respiciendo succurserit Petru, indicatur causa, quod tunc à viris tenebatur, quando se miraculo liberum facte detrectabat. Quid sit viros tenuisse IESVM facile capit, qui virum pro robusto, in sacrissimis litteris accipi nouit. Fortissimi igitur & audacissimi exhibiti sunt, & hi barbaris manibus eum barbare tenebant, ne, si atte miraculoue euaderet, illudcerentur ipsi.

**O** Jesu fili Dei benedicti, ô Saluator piissime & quis tibi non compatitur? quis tam ferreus, tamque ab humanitate alienus ut non compungatur, quod modo tenebris vinculus ab eis, quos creasti, quos conseruas, quos æternis damnum potes supplicijs: ego te in illis vinculis adoro & glorifico, Deus meus; Dominus meus.

§. 130. *Illudebant ei, cadentes.* v. 63.

Soluto consilio noctis & indicato reditu in sumnum mane, ut aliquis iudicij repetiti species seruari videretur, aliquam quietis partem sibi datus sunt; at Domino nihil indulsum quietis, sed reliqua nocte à ministris eius custodiat commissis direcè vexatus est, nec erubuerunt, Evangeliste liqua saltē ludibriorum genera recensere qua Dominus volens sua nocte nostri causa passus est, nosque eo magis illi obstrictos tenent, qui sunt indigniora & acerbiora. Expulerunt enim in faciem, quod erat genus tumultus grauissimum, & pro numero ministrorum magna fuerit oportet vis & fœditas sputorum, quibus diuina facies planè opera fuit. Colaphis ceciderunt idest manu & pugno, caput, collum, dorsum aliasque partes pullarunt; addebat plaga super plagam, lior super liorem, & qualatio super qualationem, donec corpus illud speciosum præ filij hominum totum deformaretur, velauerunt oculos ut liberius eum cederent cum iritione; alapas dederunt manu aperta seu palmas in faciem eius. Hæc & talia plura infanda scurriliter in eo scurræ fecerunt.

**E**go Te Christe veneror ac supplex adoro & acclamo, ô bone IESU, haec ludibria tormenta sint animæ meæ ornamenti, ac munimentum, supplico tuis gloriæ opprobrijs, tuis innitat meritis, ex hac nocturna

verba

vexatione & illusione tua certam spem salutis, & expectationem glorie  
tempiteremæ consecuturum me confido.

## §. 131. Et relauerunt eum. v. 64.

Vt sese recrearent, varia ingenio malo adinuenerunt opprobria, in quibus, qui excelleret, ille inter eos amplior videbatur, ita enim fieri soleat inter ardentes, qui ubi convenerint, ingentem habent gazam ironiarum & propudiorum. nemo ibi ingenio vult cedere.

**S**ed cur tu, o pater Iuste, Pater omnipotens, qui habitas in cœlis, non confundis eos & facis, ut lingua loquentium iniqua arescat, aut faucibus eorum adhæreat? causa est, quod hæc sit hora hominum, & potestas tenebrarum, quam permittere voluit Dominus, ut nos ab illis tenebris & potestate liberaremur æternum.

## §. 132. Et percutiebant faciem eius. v. 64.

Plenam maiestate & decore: tam sape, tam dire, tam crudeliter, ut per impactos illi colaphos intumuerit, dentes commoti sint intra gingivæ, barbam multis in partibus euellentes, cuius mentionem Euangelistæ quidem non faciunt, sed Prophetæ & inter alios Isaias dicens: *genas meas dedi vultibus*. Verum quam grauis eiusmodi Christo ignominia irrogata fuet cum illi barbam conuellebant, ex Clementis Alexandrini verbis facile colligi potest: sic enim inquit: *Hos pilos tanti fecit Deus, ut eos, cum ad prudenteriam atas hominis accedit, simul adesse, hominibus jubeat,* & infra subdit, *Nefas est barbam vellere, quæ est pulchritudo congenita, pulchritudo generosa & ingenua;* in super hanc Seruatoris venerandam faciem ludibrio habebant, iuxta Isaiam dicentem; *Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentiibus;* lob etiam præter iam dictas iniurias eandem verberibus cælam prædixit: *Exprobrantes periclerum maxillam meam.*

**S**alue igitur, & millies salue sancta facies nostri Redemptoris, in qua nitet species diuini splendoris, hodie resplendens in cœlis, & in iudicio extremo illustratura mundum vniuersum, Te Religiosi & Ecclesiastici ordinis viri multi honorant, cum ad tuæ conuulsioneis venerandam memoriam exprimendam genas suas & barbas veteri more radunt, & decaluant.

## §. 133. Et interrogabant eum. v. 64.

Omnis generis curiositates, nequicias & vilitates (quas homini honesto est nefas loqui) exercuerunt isti furciferi; irridendo eius

*cencio-*